

stræ clarissimus , cum dispensatorem suum Lippum nomine, de suo locupletatum nosceret , cogitans non parvam pecuniam ab eo per ludum exigere, submisit qui ad eum tunc absentem pergeret, & Domini verbis pecuniam flagitaret, stetit in dubio dispensator , literas Castrutij non videns , quamuis in varietate negotiorum, quod in illo viro verisimilimum erat omissum diceretur: statuit tandem inconsulto Domino nihil agere. Cuius voluntatem cum per literas exquireret , ille scripsit tam ambiguous tamque supplicibus verbis, ut licet superficie affirmationem claram continere videantur , introrsus tamen ad utrumlibet recti possent. In fine verborum addidit: Ut petitam à te pecuniam numeres omnino volumus: hoc autem tantæ primæ literæ confusione scriptum erat ut non magis nolumus , quam volumus legi posset. Lippus literas Domini iubentis, cum verbis nuncij petentis conferens, pecuniam numerauit interiesto tempore cū rationes redderet negabat Castrutius iussu suo traditam pecuniam , Lippus literam manu eius scriptam proferebat, **Castrutius illam relegens** , suam quidem

RON